

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum inprimis malas, concernit

Fecht, Johann

Durlaci, 1680

CXXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122744](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122744)

sive acturi sunt sive passuri, cognoscere & scrutari haud licebit. Quid? quod in progressu disputationis nostræ, non omnia fabulas esse, quæ veteres isti in ipso gentilismo tradiderunt, sed divinæ veritatis acceptas, per traducem manum à Chaldæis, Ægyptiis & Hebræis particulas, luculenter ostensuri sumus. Sicut ergo ex iis, quæ de DEO & rebus Divinis, de Sacrificiis, de Fæstis & id genus religionis nostræ mysteriis, scripsere gentiles, quantumlibet falsis vera & veris falsa mista sint, rectè tamen veritatis aliquod vel argumentum vel indicium promimus, operamque in hac re occupatam amplectimur & commendamus: ita haud minus ex iis, quæ de inferis scripserunt prisca illi sapientes, quorum vel sola antiquitas meritò nobis venerationi est, veritatis sectari vestigia, & secundum Gregorium Nazianzenum, *quæ philosophi*, (fuerunt autem Poëtæ summi gentilium philosophi, & quasi *παισιωχουσι*) vera dixerunt, ab iis, tanquam injustis possessoribus vindicare licebit. Quæ de re iuendum est legere disputationem octavam Clar. quondam viri, J. M. Dillherri, Tom. I. p. 251. Et Dedic. Tom. Nov. p. 2. & denique p. 401. seq.

CXXXIII. Quæcunque igitur præviâ Scripturæ luce de statu hominum infernali discere integrum est, ea & sciri posse & sciri debere, ex hæcenus dictis evidenter constat; cætera verò, quæ conjecturâ potius assequi, quam valido argumenti nexu cognita habere licet, quamquam parè veritatis robore non polleant, modestius quidem asseveranda sunt, non tamen simpliciter rejicienda. Nam & eorum, quæ cum aliquâ tantum verisimilitudinis specie disputantur, si cæteris, quæ evidenter revelata sunt, non repugnent, non esse nullum usum, quotidiana nobis argumenta demonstrant. De quibus idè cum Augustino, Enarr. Psalm. LXXXV. Tom. IIX. p. 948. dicimus: *Quod dicimus, fratres, hoc si non vobis tanquam certus exposuero, ne succenseatis. Homo enim sum, & quantum conceditur de Scripturis sanctis, tantum audeo dicere; nihil ex me. Infernum nec ego expertus sum adhuc, nec vos. Et forsatis alia via erit, & non per infernum erit. Incerta sunt enim hæc. Verum dicit Scriptura, cui contradici non potest: eruisi animam meam, ex inferno inferiori.*

CXXXIV. Quibus tamen & hoc adjiciendum est, tanquam indubitatum; Scripturæ auctoritate niti non id tantum, quod

quod te
compl
tum, c.
Ex quo
nach
marum
referri ad
tere: et
p. 146. i
gument
in Roma
constit
Apostoli
cut, nec
stagnu
stantu
nilitat
claris,
mediu
as fide
nescire
inferna
enim ev
tim ob
non ad
nobis p
consuet
su tract
stis, lice
Augusti
dicit de
non dub
candam
su non
quia in
servend